



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtru[m] sit in voluntate sicut in subiecto? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

quando scilicet aliquis non potest consequi sine virtutis, nisi hoc faciat : & talis necessitas non excludit rationē meriti, in quantum aliquis hoc quod sic est necessarium, voluntariē agit : excludit tamen gloriā supererogationis, secundum illud 1. ad Corinth. 9. Si euangelizauero, non est mihi gloria : necessitas enim mihi incumbit.

Ad tertium dicendum, quod iustitia non consistit circa exteriores res quantum ad hoc, quod est facere quod pertinet ad artem; sed quātum ad hoc, quod vitur eis ad alterum.

ARTIC. IV.

¶ *Utrum iustitia sit in voluntate sicut in subiecto?*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit in voluntate, sicut in subiecto. Iustitia enim quandoque veritas dicitur. Sed veritas non est voluntatis, sed intellectus. Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto.

¶ 2 Præterea, iustitia est circa ea, quæ sunt ad alterum. Sed ordinare aliquid ad alterum, est rationis. Iustitia ergo non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ratione.

¶ 3 Præterea, iustitia non est virtus intellectualis, cum non ordinetur ad cognitionem: vnde relinquitur quod sit virtus moralis. Sed subiectum virtutis moralis est rationale per participationem, quod est irascibilis & concupiscibilis, vt patet per Philosophum * in primo Ethicorum. Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in irascibili & concupiscibili.

SED contra est, quod * Ansel. dicit, quod iustitia est reſcitudo voluntatis, propter se seruata.

RESPONDEO dicendū, quod illa potentia est subiectū virtutis, ad cuius potētiam actum reſtificandū virtus ordinatur. Iustitia autem non ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitiuum. Non enim dicimur iusti ex hoc, quod recte aliquid cognoscimus : & ideo subiectum iustitiæ non est intellectus,

Sec. Sec. Vol. ij.

C vel

321

3. dif. 33.

9. 6. ar. 4.

94. 3. q.

vir. 9. 1.

2. 5. co. 5.

et 5. etibi.

10. 1. 60. 20

cap. ult.

10. 5.

in dialo.

de ver. 6.

13.

vel ratio quæ est potentia cognoscitiua. Sed quia iusti in hoc dicimur, quod aliquid rectè agimus: proximum autem principium actus est vis appetitiua: necesse est quod iustitia sit in aliqua vi appetitiua, sicut in subiecto. Est autem duplex appetitus, scilicet voluntas quæ est in ratione, & appetitus sensitius consequens apprehensionem sensus, qui diuiditur per irascibilem & concupiscibilem, vt in 1. * habitum est. Reddere autem vnicuique quod suum est, non potest procedere ex appetitu sensitiuo: quia apprehensio sensitua non se extendit ad hoc, quod cõsiderare possit proportionem vnius ad alterum: sed hoc est proprium rationis. Vnde iustitia non potest esse sicut in subiecto in irascibili vel concupiscibili, sed solum in voluntate. Et idèd Philof. * diffinit iustitiã per actum voluntatis, vt ex supra † dictis patet.

q. 81. ar. 1.

li. 5. ethi. c. 1. 5. ad fin. † 2. 1. hu-ius qu.

Ad primum ergo dicendum, quod quia voluntas est appetitus rationalis: idèd rectitudo rationis quæ veritas dicitur, voluntati impressa propter propinquitatem ad rationem, nomen retinet veritatis. Et inde est quod quandoque iustitia veritas vocatur.

Ad secundum dicendum, quod voluntas fertur in suum obiectum consequenter ad apprehensionem rationis. Et idèd quia ratio ordinat in alterum, voluntas potest velle aliquid in ordine ad alterum: quod pertinet ad iustitiam.

Ad tertium dicendum, quod rationale per participationem non solum est irascibile & concupiscibile, sed omninò appetitiuum, vt dicitur in 1. * Ethic quia omnis appetitus obedit rationi. Sub appetitiuo autem comprehenditur voluntas. Et idèd voluntas potest esse subiectum virtutis moralis.

s. ult. 10. mo 5. 3 2 2 infr. q. 6. 5. 7. 5. q. 59. a. 1. et 1. 2. q. 60. ar. 3. es 5. ethi. le. 1. 2. 3.

ARTIC. V.

Utrum iustitia sit virtus generalis?

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit virtus generalis. Iustitia enim condiuiditur alijs virtutibus, vt patet Sap. 8. Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam & virtutem. Sed generale